



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola XX. Clemens Papa VIII. Dilecto Filio Ivsto Baronio Veteracastrensi.
Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

Theologia te posse optimam operam collo-
care; ut fidem Catholicam, quam verè sus-
cepisti, scriptis etiam, ut incepisti, compro-
bes. Litteras quas ad ILL^{em} D. De canum pe-
tis, vñā mitto, teque ad proximum ver Ro-
mae videre desidero. Vale. Ex Vrbe. 12. Ca-
lend Nouemb. M.DCI.

EPISTOLA XX.

CLEMENS PAPA VIII.

DILECTO FILIO IVSTO BA-
ronio Veteracastrensi.

*Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam
benedictionem.*

IITTERAS tuas, & Apo-
logiam de tuo ad gremi-
um Catholic^z Eccle-
siæ reditu, quas ad nos
militi, libenti animo accepimus,
gratumque est nobis, quod præclara
erga te diuinæ misericordia benefi-
cia, & piè agnoscis, & magnifice
prædicas, & ad eandem veritatis lu-
cem, quam Spiritu Sancto auctore
inuenisti, alios adhuc tenebris in-
uolutos perducere studies. Non crit,

vt

vt speramus, infructuosus labor tuus, Deo ipso sementi tuae incrementum dante. Tuum tibi certe meritum apud patrem misericordiarum constabit, aeternum erit. Quod Venerabilis frater noster *Archiepiscopus*, & *Princeps Elector Moguntinus*, & nostra commendatione, & tua virtute adduct^o, benigne, ut scribis, tecum agat, teq; foueat, id nobis per gratum est, nostraeque expectationi consentaneum: ad quem alteras nunc quoq; tui causa commendationes litteras damus, vt te tanto propensius complectatur. Quin etiam & *Decano* illius insignis Capitulite commendamus, vt plura tibi praesidia paremus. Tu vero si *Romam* venire statueris, gratus nobis aduenies, teq; & libenter in primis videbitus, & tibi adiumento erimus. Amanus enim te in Christo paterno affectu. Ipse autem, qui te * vocavit in admirabile lumen suum, dona sua in te custodiat, atq; adaugeat, & nos tibi

*1. Pet. 2.

9.

bi Apostolicam benedictionem no-
stram ex animo impartimur. Da-
tum *Rome*, apud Sanctum Petrum,
sub Annulo Piscatoris, die XII. De-
cemb. MDCL. Pontificatus Nostri
Anno Decimo.

Silvius Antonian. Card.

EPISTOLA XXI.

CINTHIVS ALDOBRANDI-
nus S. R. E. Cardina-
lis

IVSTO BARONIO VETERA-
castrensi S.

Magnifice & Ornatisime Domine.

ACCEPI quidem litteras tuas 3. Non. O-
dibris datas, nec dum tamen *Apologi-
am* mihi, ut scribis, dicatam. Nescio quid
moræ in itinere ei obiectum narrat egregi-
us Dominus *Iosephus VVindenius*, cui ut vi-
deo res tuæ non mediocre curæ. Exoscular
interim toto animi affectu istas, absentes
licet, Catholicorum tuorum fructuum, ut
vocas primitias. Quæ vtinā iis profint ma-
xime, quibus hunc potissimum desudasti
laborem. Certè nō dubito quin magnope-
rè probentur, quibuscunque inerit aliquis
pietatis ac bonæ mentis sensus. Nolui au-
tem